Cùm autem aliquando fiat, ſecundum accidens erit: quod ſi non, cuncta ex neceſſitate erunt. Quare materia erit cauſa contingens eius, quod aliter accidit, quàm illud, quod vt plurimum eſt. Principium autem hoc ſumendum eſt: vtrum nihil eſt, quod nec ſemper, nec vt plurimùm, an hoc impoſſibile? Præter hæc igitur, aliquid eſt, quod vtcunque contingit, & ſecundum accidens: ſed vtrum, quod vt plurimùm, quódve ſemper nulli ineſt, an aliqua ſunt ſempiterna, de his ſanè poſterius conſiderandum eſt. Quòd autem non eſt accidentis ſcientia, patet. Omnis enim ſcientia eius eſt, quod aut ſemper, aut plurimum eſt. Quomodo enim diſcet, aut alium docebit? Oportet enim vt determinetur, aut per ſemper, aut per vt plurimùm: vtputa, febricitanti proficuum melicratum eſt vt plurimùm. Quod verò præter hoc eſt, non habebit dicere quando non, vt in nouilunio: nam etiam in nouilunio aut ſemper, aut vt plurimùm: accidens verò, præter hæc eſt. Quid itaque accidens eſt, & ob quam cauſam, & quòd non eſt eius ſcientia, dictum eſt.

A ἐπεὶ δὲ γίνεταί ποτε, κατὰ συμβεβηκὸς ἔσται. εἰ δὲ μή, πάντα ἔσται ἐξ ἀνάγκης. ὥστε ἡ ὕλη ἔσται αἰτία ἡ ἐνδεχομένη παρὰ τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἄλλως τοῦ συμβεβηκότος αἰτία. ἀρχὴν δὲ τηνδὶ ληπτέον, πότερον οὐδέν ἐστιν, οὔτ' ἀεί, οὔθ' ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ἢ τοῦτο ἀδύνατον. ἔστιν ἄρα τι παρὰ ταῦτα τὸ ὁπότερ' ἔτυχε καὶ κατὰ συμβεβηκός. ἀλλὰ πότερον τὸ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, τὸ δ' ἀεὶ οὐθενὶ ὑπάρχει, ἢ ἔστιν ἄττα ἀΐδια; B περὶ μὲν οὖν τούτων ὕστερον σκεπτέον. ὅτι δ' ἐπιστήμη οὐκ ἔστι τοῦ συμβεβηκότος, φανερόν. ἐπιστήμη μὲν γὰρ πᾶσα, ἢ τοῦ ἀεί, ἢ τοῦ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. πῶς γὰρ ἢ μαθήσεται ἢ διδάξει ἄλλον; δεῖ γὰρ ὡρίσθαι ἢ τῷ ἀεί, ἢ τῷ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ· οἷον ὅτι ὠφέλιμον τῷ πυρέττοντι τὸ μελίκρατον ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. τὸ δὲ παρὰ τοῦτο οὐχ ἕξει λέγειν πότε οὔ· οἷον νουμηνίᾳ. ἢ γὰρ ἀεί, ἢ C ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, καὶ τῇ νουμηνίᾳ. τὸ δὲ συμβεβηκός ἐστι παρὰ ταῦτα. τί μὲν οὖν ἐστι τὸ συμβεβηκός, καὶ διὰ τίν' αἰτίαν, καὶ ὅτι ἐπιστήμη οὐκ ἔστιν αὐτοῦ, εἴρηται.

CAPVT III.

QVòd autem ſint principia, & cauſæ generabiles, & corruptibiles, abſque eo, quòd generentur, & corrumpantur, manifeſtum eſt. Etenim ſi non hoc ex neceſſitate omnia erunt, ſi eius, quod generatur, & corrumpitur, non ſecundum accidens cauſam aliquam neceſſe ſit eſſe. Vtrum enim erit hoc, an non. Si hoc, fiet: ſin verò non, minimè: hoc verò ſi aliud. Et hoc modo videlicet (tempore ſemper dempto à tempore finito) deuenies vſque ad nunc. Quare hic morietur ægritudine, aut vi, ſi exiuerit. hoc autem, ſi aliud. Et ſic deueniet ad id, quod nunc eſt, aut aliquid eorum, quæ facta ſunt: vtputa ſi ſitiuerit. hoc verò, ſi comederit acuta. hoc verò, aut eſt, aut non. quare, neceſſariò morietur, aut non morietur. Similiter & ſi quis ad iam facta aſcenderit, eadem ratio eſt. Iam enim hoc in aliquo eſt. Dico autem quod factum eſt. Ex neceſſitate ergo erunt omnia futura: vt mori, viuentem. iam enim aliquid factum eſt, vtputa contraria. in eodem corpore: ſed ſi ægritudine, aut vi, nondum: ſed ſi hoc factum fuerit. Patet igitur, quòd vſque ad aliquod vadit principiũ: hoc verò non amplius ad aliud. Erit igitur hoc eius, quod vtcunq. contingit, cauſaq. generationis eius nulla. Sed in quale principium, & qualem cauſam talis

Κεφάλαιον γ.

Ὅτι δ' εἰσὶν ἀρχαὶ καὶ αἴτια γεννητὰ καὶ φθαρτὰ ἄνευ τοῦ γίγνεσθαι καὶ φθείρεσθαι, φανερόν. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο, ἐξ ἀνάγκης πάντ' D ἔσται, εἰ τοῦ γινομένου καὶ φθειρομένου μὴ κατὰ συμβεβηκὸς αἴτιόν τι ἀνάγκη εἶναι. πότερον γὰρ ἔσται τοδὶ ἢ οὔ; ἐάν γε τοδὶ γένηται· εἰ δὲ μή, οὔ. τοῦτο δὲ ἄλλο. καὶ οὕτω δηλονότι ἀεὶ χρόνου ἀφαιρουμένου ἀπὸ πεπερασμένου χρόνου. ἥξει ἐπὶ τὸ νῦν. ὥστε ὁδὶ ἀποθανεῖται, ἢ νόσῳ ἢ βίᾳ, ἐάν γε ἐξέλθῃ. τοῦτο δέ, ἐὰν διψήσῃ· τοῦτο δέ, ἐὰν ἄλλο· καὶ οὕτως ἥξει εἰς ὃ νῦν ὑπάρχει, ἢ εἰς E τῶν γεγονότων τι· οἷον, ἐὰν διψήσῃ· τοῦτο δέ, εἰ ἐσθίει δριμέα· τοῦτο δή, ἤτοι ὑπάρχει, ἢ οὔ. ὥστ' ἐξ ἀνάγκης ἀποθανεῖται, ἢ οὐκ ἀποθανεῖται. ὁμοίως δὲ κἂν ὑπερπηδήσῃ τις εἰς τὰ γενόμενα, ὁ αὐτὸς λόγος. ἤδη γὰρ ὑπάρχει τοῦτο ἔν τινι. λέγω δὲ τὸ γεγονός. ἐξ ἀνάγκης ἄρα πάντα ἔσται τὰ ἐσόμενα, οἷον, τὸ ἀποθανεῖν τὸν ζῶντα. ἤδη γάρ τι γέγονεν· οἷον τὰ ἐναντία ἐν τῷ αὐτῷ σώματι· ἀλλ' εἰ νόσῳ, ἢ βίᾳ, οὔπω· ἀλλ' ἐὰν τοδὶ γένηται. F δῆλον ἄρα ὅτι μέχρι τινὸς βαδίζει ἀρχῆς. αὕτη δ' οὐκ ἔστιν εἰς ἄλλο. ἔσται οὖν ἡ τοῦ ὁπότερ' ἔτυχεν αὕτη, καὶ αἴτιον τῆς γενέσεως αὐτῆς οὐθέν· ἀλλ' εἰς ἀρχὴν ποίαν, καὶ αἴτιον ποῖον ἡ ἀναγωγὴ ἡ τοιαύτη, πότερον ὡς εἰς ὕλην,